

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli x  
cum uariis

Veniente luce diei egritudines alleuiantur, homines a sompno excitentur, aves garrunt,  
bestie ad latibula sua fugiunt, sic luce apostolorum ueniente mundus fuit edificatus in  
credendis, fecundatus in operibus bonis, alleuiatus peccatis, excitatus a negligenciis,  
animatus ad contemplacionem celestium, ereptus de postestate demonum.

Basilus tractans illud Matthei V.: Vos estis lux mundi.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

egritudines] egritudinis C; excitentur] excitantur (*cor. intra*) C, excitantur M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>  
L<sup>2</sup>; aues *om.* (*cor. in marg.*) M; garrunt] gariunt (*cor. supra lin.*) B; sua *om.* (*cor. in*  
*marg.*) M; de] a P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>